

PRÆSES  
RESPONDENTI.

V Ade salutatum, quos Lipsia nutrit, Amicos,  
Weisius &c, quanto vivat amore, proba.  
Sunt ibi quos olim potui spectare Magistros;  
Sunt quibus in studio par mihi cursus erat;  
Sunt quos conciliat sors insperata Patronos,  
Qui nugas aliquid, quas damus, esse putant.  
Deniq; sunt Juvenes, mea quos doctrina fovebat,  
Donec Lipsiacas consequerentur opes.  
His ubi pertuleris nostro velut ore salutem;  
Fallor? in oblato nomine pondus erit.  
Si quid agam rescire velint: mea munia servo,  
Noverit ut pensum quilibet hora suum.  
Nec me blanda capit, nec sors minus aqua resolvit,  
Dum labor antidoto me propiore levat.  
Nil moror invidiam, vaga vel dicteria vulgi;  
Quippe quod interior mens mihi testis adest.  
Ni prodesse queam, satis est mihi prompta voluntas:  
Hac fuerit tumulo gloria larga meo.  
Catera tu dices, studii quem sape ministrum  
Atq; animi testem juvit habere mei.  
Quin igitur properas? DEUS est, qui vota secundat;  
Huic nisi displiceas, Patria quaq; placet.  
Nosse meos poteris: sed adest ANTONIUS, unde  
Lipsiadum veniat gratia prima. Vale.

